

um ; sed stante in ancoris navigio,
necessariam annonam immisſâ scaphâ
pararet. Contra quâm speraverat ac-
cidit. Secundo enim vento impulsus,
portum quamlibet invitus reluctansque
fubiit. Nostri de illo, quamvis non
ita merito, ne verbum quidem ullum,
quo accusaretur, interposuere : læti
quod hostem ita servassent. Agnovit
beneficium gubernator Anglus ; ac
deinceps sæpenumero cum summa
Patrum laude prædicavit. Id vero
multo fecit impensiùs, cùm tempestate
ad Angliæ urbem Penbrochium pro-
jectus, ejus oppidi magistratibus movit
suspicionem maritimi latronis, quòd
& Francica veheretur navi, neque
scriptam auctoritatem proferret, qua
suam navigationem tueretur. Asse-
veranti se à prætore suo Argallo tem-